



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

IV. Die Markgrafen Otto und Albert übertragen dem Heinrich Toyte die  
Anlegung der Stadt Berlinichen, am 25. Januar 1278.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

III. Hermann, Bischof von Camin, bekundet den Verkauf von Lippene nochmals mit Zustimmung seines Capitels, am 30. August 1276.

In nomine domini amen, Hermannus, dei gratia Caminenfis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi propter diuersos casus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit ut scriptis autenticis, ad perpetuam rei memoriam, quibus probari valeant, confirmentur. Ad singulorum igitur notitiam, tam presentium quam futurorum, presens scriptum cernentium, cupimus peruenire, quod nos de consensu communi terram nostram Lippene cum proprietate et terminis suis vendidimus Illustribus principibus dominis Ottoni, Johanni et C., fratribus, marchionibus de Brandenburg et eorum heredibus pro tribus milibus marcar. argenti, sicut et nos ipsam terram possedimus, cum aquis, fluminibus, riuulis, pratis, pascuis, stagnis, paludibus, piscariis, theloneis, pedagiis, siluis, nemoribus, agris, cultis et incultis, vsuagiis, cum omni iure et vilitate, que in dicta terra esse dignoscitur vel pro tempore in ea haberi poterit vel acquiri, preter villam Letenin cum terminis suis et medietatem ville Coselitz, sitam in terra Lippene, que sicut ad hec tempora habuimus, cum omni iure nobis et nostris successoribus reseruamus. Testes autem huius sunt . . . . Vt autem presens nostra ordinacio seu vendicio perpetuam obtineat firmitatem, eam per presens scriptum desuper confectum per sigilli nostri appensionem, immo capitulo nostri, fecimus roborari. Datum Camyn, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXVI<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. kal. Septembris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

IV. Die Markgrafen Otto und Albert übertragen dem Heinrich Loyte die Anlegung der Stadt Berlinchen, am 25. Januar 1278.

Nos Otto et Albertus, Dei gracia marchiones Brandenburgenses, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod Henrico dicto Loyte ciuitatem nostram nouam Berlin locandam commisimus, concedentes eidem tercium denarium, id est partem terciam omnium, que proueniunt de iudiciis, de censu, de molendinis, de edificiis, theatro videlicet et marcellis et aliis edificiis singularibus, que pro vsu communis ciuitatis construuntur, de ortis humuli sive ortis aliis vniuersis, quam terciam partem locationis, que Besitzinge dicitur, nomine possidebit. Molendinum, autem quod ante fundationem ciuitatis predictae fuit ibi, censum eius et pactum idem Henricus possidebit a nobis sicut antea titulo feudali. In horum omnium euidentis testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes autem huius sunt milites Henricus marschalcus noster, Otto de Winninge, Johannes de Perwernitz, Theodericus de Doffa, Theodericus de Leuendal, Hermannus Botel et Gerhardus de Wrech et alii quoque multi. Datum in noua Landesberg per manum Bertoldi, nostri notarii, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, VIII<sup>o</sup>. kalendarum Februarii.

Nach einer Abschrift des Originals im Stettiner Provinzialarchiue.